

ria, & interesse suo etiam, si delinquens pro vulneribus per Iudicem fuisset punitus.

54 Item adde, quod actio civilis iniuriarum annali prescriptione etiam tollitur, nisi intra annum a tempore illatae iniuriae computandum, lis fuerit contestata, lege si non conuittij, C. de iniur. Rot. Roman. decisione 240. pro iniurijs verbalibus in nou. vbi adest longa additio, quam refert, & sequitur Bald. in loco hic allegato.

Item adde, quod talis actio iniuriarum non solum perpetuatur per litem contestationem, sed etiam per libellum datum Principi l. 1. & 2. quando libel. Prin. dat. & Soc. in c. si culpa in fin. de iniur. & dam. dat. vbi plenè in hac materia, quanto tempore praescribatur actio iniuriarum.

55 Item adde, quod actio criminalis iniuriarum non datur heredi, nec in herede duab. rationibus gl. in l. iniuriarum, la prima in prin. ff. de iniur. Angul. conf. 21. nu. 4. lib. 3. cedi tamen potest Paul. de Cast. in l. vlt. n. 4. C. de hered. re. actio. vend.

56 Item adde, quod exceptio prescriptionis actionis iniuriarum est mita, & potest opponi ante lite contestata, & post, & si in vim dilatorie opponitur, litem ingressum impedit; Cepol. d. conf. 70. num. 6. cum seq.

57 Item adde, quod annus non est continuus, sed utilis, quando vni sit iniuria per metum. Capol. d. conf. 70. n. 4. Baiard.

Item tollitur. Vulp. col. 3. n. 20. & conf. 67. v. 1. & 7. Far. n. 352. 376. & quot modis iniuriarum actio remittatur. Far. d. q. 105. insp. 8. n. 334. & seq. vbi tradit nouem coniecturas Ros.

58 Item tollitur per conuersationem. Adde, quod iniuria remittitur dissimulatione, vt si risit, vel lussit iniuriatus cum iniuriante, vel comedat cum eo postea, praesertim, si ex parte iniuriantis aliqua bona merita processerunt, vel si fuit ipsum alloquutus, a quo tamen animo, vel confabulatus. Item, si salutauit iniuriantem; item, si cum amicalibus verbis misit ad eum litteras, nuncium, vel exemplum, vt plenè per Lucam de Pen. in l. vnica, numer. 22. vers. Nono quaeritur, ibi iniuria quippe. Et quibus modis iniuria censetur remissa, latè Menochius de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 114. Mascard. de probat. concl. 902. vol. 2. & per Viu. in decisione 330. vbi septem signa ponit, quibus reconciliatio praesumitur. Et quando comedunt simul intellige, si sponte hoc faciunt; fecus, si causa honestatis, duòd fortè sunt iniuriati in aliquo conuiuio, & sedent ad vnam mensam in simul; nam per hoc non censetur remissa iniuria, Io. Fab. & post eum Ang. in §. fin. Inst. de iniur. sicut quando quis recipit inimicum ad osculum pacis in Ecclesia, per hoc non censetur remissa iniuria, clem. fin. de sent. excommunic. & Ioan. de Amic. consil. 4. n. 25. ver. exemplum sunt duo inimici, Bal. in cap. 1. quib. mod. feu. amitt. & Paris de Put. de syndic. in cap. vltimo circa praedicta quaero. num. 4. Sed aduertendum est, quod productio libello per iniuriatum, conuersatione, & similibus actibus actio iniuriarum non tollitur, Capell. To. 59 los. dec. 233. & quod ista tacita remissio iniuriae ita sufficit, sicut

expressa, vt accusatio fieri non possit; ita Fabr. & Ang. in §. fin. Institut. de iniur. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de publ. lict. lib. 12. in quibus locis habetur, quae virtus sit tacitae remissionis. Sed in Regno Neapol. non sufficit tacita remissio, sed requiritur, vt expresse fiat, & in iudicio secundum Regias Pragm. sub tit. de composit.

10 Item tollitur per conuersationem habitam cum offensore, censetur enim ex hoc iniuriam tacite remississe. Et hoc sententia ab omnibus iuris professoribus recepta est. vt attestatur Plaza in loco praesalleg. numer. 43.

11 Tollitur etiam per remissionem expressam. An autem per remissionem iniuriae factam in foro conscientiae sit sublatum ius accusandi, & an qui remisit iniuriam, censetur etiam remississe damna, & expensas, dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quaest. 58. ver. quaero modo, & ver. sed in proposito.

12 Quae nunc, an ille, qui iniuriam intulit, possit se tueri, dicendo, quod non habebat animum iniuriandi. Resp. quod non, quia omnis iniuria in dubio praesumitur facta animo iniuriandi, nisi contrarium probetur, Et ita concludunt communiter omnes DD. vt dicit Soci. conf. 146. post nu. 7. vers. circa tertiam, lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem Paris. conf. 149. num. 19. lib. 4.

committitur contra Titium, quando ego vtor eius veste in eius contemptum. Boer. d. conf. 4. nu. 15. cum seq. Item iniuriarum actio datur contra illum, qui fecit actum minus iudicium. Vt quia sine causa fecit in ius citari, per Guid. Pap. q. 324. vbi Add. verum intelligit, vbi quis ad talem actum processit animo iniuriandi, & de hoc constat, quia in dubio non praesumitur, & ideo conueniri debet actione in factum ex quasi maleficio, per tradit. aper. Bar. in l. iniuriarum. §. ite Labeo. ff. de iur. Item de alijs vide per Contra. in pratorio, de iniuria. per totum. Giach.

Quae nunc. Farin. vbi sup. 3. inspect. num. 113. Ros. Quae nunc. Adde, quod nec statuit iuramento iniuriantis, quod non fecerit animo iniuriandi, nisi probet, Alex. de Neuo in conf. 82. num. 6. Sed vide Cagnol. in l. quicquid calore iracundiae, num. 14. de regul. iur. vbi multos allegauit tenentes, quod iniuria reuocari possit: sed verior est, quod non possit reuocari, vt per Addent. ad Bertaz. in conf. 307. vbi latè, quid agendum esset, quatenus alia opinio esset magis vera.

60 Item adde, quod erga notarium non tenetur actio iniuriarum ille, qui non animo iniuriandi, sed vt sibi prodesset, supplicando Principi, dixit donationem quandam non fuisse factam in testamento, vel non publicatam, Bertaz. conf. 214. & Paseth. conf. 183. sed in hac materia, quando supplicii libello immixtum est aliquid, quod in alterius iniuriam trahi potest, licet suppressis nominibus, quod pena iniuriarum teneatur, scribit Purpur. conf. 524. Baiard.

a Tu mentiris. Vide ad materiam per Carrer. in pract. crim. §. homicidium 6. num. 103. Giach.

b Ceterum si subessent. Farin. d. q. 105. inspect. 7. nu. 306. & 315. cum seq. Ros.

Quae

e Quaero etiam. Farin. d. q. 105. inspect. 5. nu. 245. 249. & inspect. 7. num. 306. & q. 121. par. 2. num. 113. Ros.

64 Quae etiam nunquid, &c. Adde, quod statutum de iniurijs non comprehendit illum, qui dicit, Tu mentiris, vt quia sibi fuit dictum: Tu es fur, proditor, & similia; & sic data fuit mentia ad tuendum suum honorem; Menochius in conf. 41. vbi multum diffusè Alciar. consil. 248. & 288. Moron. in tractat. de fid. treg. & pace, q. 16. l. n. 12. Et hoc est verum, etiam si dicat in iudicio secundum Iacobum de Beluif. in pract. in tit. de iniur. & quod prouocatus verbis iniurijs possit illi iniuriosè respondere, Paul. de Cast. An. & Moder. in l. fin. ff. quod quisque iur. Nat. conf. 6. nu. 5. & cõtra Clar. tenet Paulus Granus proem. 5. per totum. Sed in hac quaest. vide omnino Bolognet. in l. vt um, n. 94. & 95. ff. de iust. & iur. vbi per stat. Firar. sub rubr. quod de iuris & iniur. pace fact. fol. 780. vbi aliquas etiam adnotauit singul. declarationes. Giach.

Quae nunc. Adde quod iniuria verbalis dicitur, quando ego dico: Nõ fui condemnatus de falso, vel heresi, vel alio simili crimine; vel si dixerõ: de domo mea non sunt meretrices, vt per Boer. col. 4. Item iniuria

65 tenet, quod prouocatus verbis iniurijs potest dare mentitam, vel alias obijcere iniurias, vel dare alapam; & latillimè melius, quam alij, hanc materiam tractauit, de clarando, in quibus casibus hæc fieri possint, & cuius naturæ sit mentita; & an possit dari mentita supra mentitam; vide etiam Addet ad Bertaz. conf. 135. littera A. & conf. 358. vbi dicunt, quod contra Claium iudicarent, prout ego bis iudicauit; nam si licet hominem pro defensione honoris sui interficere, vt ipse Clar. fatetur in §. homicidium, vers. idemque, ergo multo magis verba profere licebit, dummodò mentita sit data ad repulsandam iniuriam, & incontinenti, & non ex intervallo, quia tunc non est licita, vt ait Boss. in titul. pe homicid. numer. 87. & vbi mentita esset prohibita, erit punibilis, etiam si dictum fuisset saluo honore tuo. Menoc. in dict. conf. 41. num. 32. & iniuriatus per aliam iniuriam propulsare potest, quia iniuria alia iniuria compensatur, Plac. epit. de liçtor. lib. 1. cap. 1. num. 21. & quod ibi etiam an iniuriam verbis illata armis repellere liceat.

66 Item adde, quod in foro conscientiae licet dare mentitam ad repulsandam iniuriam, uel dicere iniuriantem esse mendacem, sed non licet appellare iniuriantem latronem, uel concubinarium, & similia, quia hoc esset ulcisci, & non defendere; Dominus Sor. de iust. & iur. lib. 5. quaest. 9. art. 3. col. 2. in fine; & mentiri dicitur, qui falsum scienter dixerit. Paris de Put. in tract. de duello, lib. 6. cap. 15. num. 2. Soc. iun. conf. 123. num. 11. cum seq. uol. 2. Baiard.

67 Tu mentiris. At fecus si dicas, non uerum, uel falsum dicitis, quia cum non intelligatur, quod ex proposito dicat, non dicitur iniuriam inferre, ut per Salyc. & Iacob. de Sanct. Georg. in l. de tutela. C. de integr. restit. min. Iaf. in l. Turpia, numer. fin. ff. de leg. 1. & per Conrad. ubi sup. fol. 4. 10. num. 31. Item utrum iniuriatus possit reprobare iniuriam contra iniuriantem, dicendo eidem similem, uel maiorem

iniuriam, vide per Capyc. decisione 58. per totum. Item iniuriarum actione tenetur non probans crimen propositum excipiendo Fel. in cap. denique, nu. 18. de except. Anch. conf. 325. vide Boer. semper d. consil. 4. & decisione Tholof. 406. in Addition. Item, an, & quando dolus dolo compensetur in maleficijs, vide per Lu Carrer. in pract. cri. §. homicidium 6. n. 104. & seq. vbi plenè concordantes allegat, & post eos declarat mutua compensatione tolli, quando respicit interesse partis, secus quo ad fiscum, quia non datur compensatio in delictis in praedictum fisci, sed pena tenet suos auctores, & vnusquisque punitur iuxta suum delictum. Iacob. de S. Geor. autem in lege illud eleganter, in 2. lectur. ff. quod quisque iur. col. 1. respondendo ad argum. mentum, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur: dicit hoc debere intelligi, quando est delictum circa idem, secus si circa diueria: quae omnia bene nota, & ad illud de dicente sibi iniuriant: similem, vel aliam iniuriam, quod non debeat euadere impunitis, sed puniri, mitius tamen, adde, vt per Iacob. vbi supra in prima lect. sub num. 9. Giach. e Sed bene prouocatus. Bal. conf. 45. lib. 1. Ros. f Item quaero. Farin. d. inspect. 5. nu. 219. & seq. vbi recenset tresdecim opiniones. Ros.

68 Item quaero nunquid, &c. Adde, quod si dicatur alicui iniuria non vera, quae in socio qui secum sit, vera sit focus habet actionem iniuriarum, Iaf. in l. turpia, num. 10. ff. de leg. 1. Et de iniuriante, & verum dicente videatur Rom. per conclusiones distinctas, procedens in conf. 96. & Didac. var. resolut. lib. 1. cap. 11. vbi latillimè, & Plac. epit. delict. cap. 1. numer. 2. libro 1.

69 Item adde, quod etiam dicens alicui bastardum, vel excommunicatum, non tenetur actione iniuriarum; etiam si ille esset legitimatus, vel abolutus, si non apparet, quod notitiam habuerit de legitimatione, & abolutione, Dec. consilio 102. tomo 1. diuers. crimin. mag. Impress. & quando de iniuria vera sit, & eius patefactio concernat bonum publicum, an possit agere actione iniuriarum, vide Gratianus decis. 37. vbi tenet, quod sic, si adest animus, & voluntas iniuriandi, ita etiam tenet Lud. Peguer. in decis. criminali 13. per totum.

70 Item adde, quod obijciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicae interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. consilio 168. numero 3. vbi & quando scientia praesumatur, quod gratia sit concessa. Baiard. Et hoc etiam si. Farin. dicta inspect. 5. numer. 233. & 246. Oldradus dicto consilio. 53. Capella Tholof. decisione 410. Magon. decisione Lucensi 26. Farin. quaestione 91. num. 30. volum.

71 Item adde, quod obijciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicae interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. consilio 168. numero 3. vbi & quando scientia praesumatur, quod gratia sit concessa. Baiard. Et hoc etiam si. Farin. dicta inspect. 5. numer. 233. & 246. Oldradus dicto consilio. 53. Capella Tholof. decisione 410. Magon. decisione Lucensi 26. Farin. quaestione 91. num. 30. volum.

72 Item adde, quod obijciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicae interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. consilio 168. numero 3. vbi & quando scientia praesumatur, quod gratia sit concessa. Baiard. Et hoc etiam si. Farin. dicta inspect. 5. numer. 233. & 246. Oldradus dicto consilio. 53. Capella Tholof. decisione 410. Magon. decisione Lucensi 26. Farin. quaestione 91. num. 30. volum.

73 Item adde, quod obijciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicae interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. consilio 168. numero 3. vbi & quando scientia praesumatur, quod gratia sit concessa. Baiard. Et hoc etiam si. Farin. dicta inspect. 5. numer. 233. & 246. Oldradus dicto consilio. 53. Capella Tholof. decisione 410. Magon. decisione Lucensi 26. Farin. quaestione 91. num. 30. volum.

74 Item adde, quod obijciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicae interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. consilio 168. numero 3. vbi & quando scientia praesumatur, quod gratia sit concessa. Baiard. Et hoc etiam si. Farin. dicta inspect. 5. numer. 233. & 246. Oldradus dicto consilio. 53. Capella Tholof. decisione 410. Magon. decisione Lucensi 26. Farin. quaestione 91. num. 30. volum.

Volum. 4. cum seq. & q. 105 3. inspect. num. 151. & 254. Ros. h. Quaro quid si iniurians. ] Quae requirantur. ut penitentia iniuriantem excuset. Neuiz. consil. 76. Ros.

Quaro quid. ] Et intra quantum tempus dicens alicui verba iniuriosa possit per penitentiam reuocare ad tollendum, & extinguendum iniuriarum actionem. Vide per Cagn. in l. quicquid calore n. n. cum duobus sequentibus. de regul. iur. & per Bossium titul. de iniur. numer. 22. & notissime Nat. eius consil. 671. col. fin. ubi tenet opinionem Cagnok. tanquam benigniorem, & humaniorem, quod 73. usque ad litem contestationem iniuria possit reuocari, non autem post; quia tunc quaesitum est ius irrevocabiliter iniuriam passio ad heredem transmissibile per l. iniuriarum actio, vltim. ff. eod. Sed usque ad litem contestationem bene potest per penitentiam reuocari, & eo modo satisfieri iniuriam passio, &

vel huiusmodi, ut dixi infra hoc eod. lib. 5. fin. quaest. 53. versi. caueant tamen. Præterea etiã illa distinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriam dicens, licet vera sit, non excusatur, cū prius debeat procedere charitativa admonitio, vel correctio. Et est communis opinio. Doctorum, ut attestatur Alex. de Neuo, consil. 82. nu. 5. in fine. 16. Quaro, quid si iniurians dicat se penitere, & quod dixit, fecit calore iracundiae; nūquid erit excusandus? Resp. aliqui dicunt, quod verba iniuriosè prolata per iracundiam non sunt punienda. Et hanc dicit esse communem om-

ista opin. inter varias debet prevalere, ut per Nat. ibid. Ciach. Quaro, quid si iniurians. ] Adde ¶ videndum Plot. in consil. 131. num. 17. inter consil. crim. diuersi. tom. 1. ubi tenet, quod

quilibet iniuria verbalis reuocatur per reuocationem verborum iniuriosorum factam per iniuriantem, ita quod nec ciuiler, nec criminaliter agi potest pro tali iniuria etiam si reuocaretur cū honestate iniuriantis, puta, quia dicat, quod ea, quae dixit, non sunt vera; & quod ea dixit calore iracundiae, vel male informatus; & ibi allegat multos idem tenentes. Et si opinio Plo. esset verior, procederet, si reuocatio fieret in illo loco, ubi verba iniuriosa fuerint prolata, & si palam, palam reuocentur, & incontinenti, antequam iniuriatus recedat à loco iniuriae, ita Addentes ad Bertaz. in consil. 307. vol. 2. fed opinio D. Clari iudicio meo est sequenda. Baiard.

aperri, sub nomine officialis. 8. Laesa maiestatis crimen excluditur, ubi alia coniectura minoris delicti sumi potest. 9. Vassallus excusatur à crimine laesa maiestatis, si ob metum amittendi bona hostes Domini adiuuerit. 10. Maledicentis Principi, qua pena sint feriendi. 11. Et maledicens Pontifici, vel Episcopo non puniatur. 12. Laesa maiestatis crimen incurrit offendens Sedem Apostolicam, Legatum, Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, Equiscopum, vel eius Vicarium. 13. Et an occidens officialem Principis. 14. Laesa maiestatis crimen committit etiam non subditus. 15. Et quid in Clerico remissiuè. 16. Laesa maiestatis crimen requirit declaratoriam Iudicis. 17. Et qualiter sit facienda declaratoria pro publicatione bonorum, remissiuè. 18. Laesa maiestatis poena ex l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. non habent locum contra filias dotandas. 19. Nec etiam contra filias dotandas. 20. Et quid in filio emancipato. 21. Et filius tenetur pro patre, sed non è contra. 22. Et an princeps feudo, vel episcopus ob laesam maiest. à patre. 23. Et natus post delictum patris non fit obnoxius huiusmodi poenis. 24. Et poena patris nocet filiis in bonis obnoxietibus ex eius persona. 25. Laesa maiestatis criminis vnum, & triginta specialia. Laesa maiestatis cognitio an veniat in concessionem meri, & mixti Imperij, vel Regalium, nu. eod. Filius potest accusare patrem de laesa maiestate, absque ingratitude nota, nu. eod.

S. LAESA MAIEST. CRIMEN.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Laesa maiestatis crimen pluribus modis committitur. 2 Laesa maiestatis crimen committitur non modo contra personam Papae, vel Imperatoris, sed etiam contra Reges, Principes, vel Cuitates, quae superiorem non recognoscunt. 3 Et an contra Principes, vel ciuit. quae superiorem recognoscunt. 4 Et an offendens Cardinalem incurrit crimen laesa maiestatis. 5 Et an offendens Consiliarium Principis. 6 Et an ille, qui non est subditus, dicatur committere crimen laesa maiestatis. 7 Et quid in clerico. 8 Crimini laesa maiest. poena qua sit. 9 Et an ex hoc crimine bona publicentur. 10 Et an dispositio l. quisquis, habeat locum contra filias feminas. 11 Et an contra filios naturales. 12 Et quid in filiis natis ante delictum. Et quid in filio concepto post bannum, ibid. 13 Et an habeat locum etiam contra nepotes. 14 Et an haec poenae statutae contra filios habeant locum etiam, quando crimen laesa maiestatis non est commissum contra Imperatorem, vel Rempubliam Romanam. 15 Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si sequatur effectus. 16 Et an in hoc crimine possit post mortem procedi. 17 Et an rebellis possit impunè occidi, & deinde probari, quod erat rebellis. 18 Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem.

Ex Additionibus.

- 1 Laesa maiestatis criminis duo sunt capita, Et quae sit poena vtriusque num. eod. 2 Laesa maiest. crimen quin, & quadraginta modis committitur. 3 Laesa maiestatis crimen committitur contra Imperatorem, Remp. Regem, & quemlibet alium Dominum non recognoscentem Superiorem. 4 Et Vassalli recognoscentes Regem, si se contra Barones rebelent, qua poena sunt plestendi. 5 Laesa maiestatis Rei contra alium, quam Regem, vel eius Consiliarium, filijs non auferantur bona. 6 Laesa maiestatis crimen qualiter in primo, vel in secundo capite committatur, remissiuè. 7 Laesa maiestatis, & falsi poenam incurrit faciens sibi domum

- 26 Laesa maiestatis affectus cū alio communicatus sit punibilis. 27 Laesa maiestatis crimen an extinguatur morte, remissiuè. 28 Et qualiter sit procedendum. 29 Et quid si committatur contra Principes inferiores. 30 Et quae probationes requirantur. 31 Rebellis quis dicatur, remissiuè. (num. eod. Et an requiratur sententia, vel declaratoria sufficiat, remissiuè. 32 Et an bona rebellis transeant in fiscum ipso iure, remissiuè. Rebellio quando ex mobedientia incurritur, num. eod. 33 Et eo casu bonis publicatis filius pot. agere pro recuperatione. 34 Rebell. s. crimen patefaciens, quid lucretur. 35 Laesa maiestatis crimen contra absentem agitur, & quandoque contra non citatum.

ADDI.

ADDITIONES. Ad S. Laesa Maiestatis Crimen.

Laesa maiestatis crimen. ] Vigel. M. I. R. lib. 1. c. 13. in principio. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 1. per totum, ubi etiam de coniurati-

bus factionibus, & seditionibus carcere priuato per duellione, militum criminibus, statutis principum, & maledictis in eos latissime iurè per Farin. 5 uol. q. 112. per octo inspectiones, & quaest. 113. per nouem inspectiones, quaestione 115. per tres inspectiones, & quaestione 116. per quatuor. §. item, quaest. 117. & 118. exceptiones 14. inspectione prima, de usurpata iurisdictione in eadem inspectione, numer. 21. de turbata iurisdictione in 15. q. inspectione 1. 2. & 3. de Moneta. in 16. q. 5. Idem Farin. dict. q. 113. inspect. 1. tract. de crim. laesa maiest. in 2. num. 66. de rebellionibus in 3. de conspiratione, & secta, seu machinatione, numer. 104. in 4. numero 118. de congregatione, & hominum conuenticula, & in 5. numero 176. de seditione in 6. num. 304. de reuelante secreta principum in 7. numero 224. de collegijs illicitis in 8. numero 247. de perduellionibus, in q. num. 258. de consultoribus auxiliantibus, & opem danti. us. Crimen laesa maiestatis multis modis committitur. Farinac. dict. quaestio. 113. inspect. 1. Vigell. M. I. R. lib. 1. cap. 13. in principio. De reuelante secreta Principis. Farin. d. q. 113. inspect. 6. numer. 204. Ab originalibus collegium ibi inspect. 7. numer. 224. De perduellione ibi inspectio 8. num. 247. De consultibus, & auxiliantibus ibi inspect. 9. num. 254. Ros.

Laesa maiestatis crimen. ] Adde, quod de gestis à summo Pontifice, ab Imperatore, & à Principe, atque de illo cum rescriptis non est disputandum, neque dubitandum, quoniam sacilegijs instat effect, ut per Capollam crimin. consil. 59. in fine, & uide fusius in consilio meo s. iudic. numero 302. uique ad numerum 317. Item adde, quod crimen laesa maiestatis committitur ex sola contumacia in non resignando castrum, in l. 3. §. ubi gloss. in uerbo, tenuerit, ff. ad l. Iul. Maiest. & tradit Crauet. consilio 319. col. 1. uerf. Hoc ita praesupposito.

Item contraueniens iuramento fidelitatis incidit in crimen laesa maiestatis, atque proditioms. Item solum consiliuum. Item conspiratio, per Alex. consil. 13. post nu. 67. lib. 6. & per Crau. ubi sup. ver. 2. Et talis vassallus contraueniens fidelitati feudum amittit, quod tale peccatum contra Principem est inexcusabile per Crauet. ibi. Ciach.

Laesa maiestatis. ] Adde ¶ quod in hoc crimine laesa maiestatis duo sunt capita. Primum est, quando committitur contra Rempubliam, uel contra Principem, ut in l. finali. ff. ad l. Iul. maiest. nisi ex particulari, & prauata inimicitia quis offenderet Principem; nam tale crimen non incurret, puta, si Princeps sororem illius desorasset, ut conuuluit Rolan. in consilio 15. volumine 4. quem refert, & sequitur Riminald. Iun. consil. 374. nu. 31. vol. 4. vel quando conspiratur de nece Senatoris, vel Collateralis, vel Consiliarij Regis, ut l. Quisquis Cod. ad leg. Iul. maiest. licet dicat Salycet. quod, quando conspiratur contra officialem Principis filij non amittunt hereditatem paternam, ita dicit ipse in dicta l. quisquis, qui nullam facit differentiam, an conspiretur de morte Principis, uel eius Officialis. Secundum caput legis Iul. Maiest. est, quando committitur non contra Rempubliam, nec in Principem, vel eius Collateralem, sed alio modo, & tunc non est poena omnium bonorum, nec puniuntur filij hereditatis priuatione; sed tantum committens delictum ipse punitur poena mortis, ut notatur Gloss. in dicta lege finali, ff. ad legem

Iul. Maiest. & quadraginta ¶ quinque modis, quis incidit in crimen laesa maiestatis. Primo, si quis subditus Regis assumit arma, vel facit guerram, uel bellum aduersus, & contra Regem, l. 1. ff. ad legem Iul. maiest. ubi text. loquitur de eo, qui sumit arma aduersus Populum Romanum. Idem ta-

men dicendum est de Rege in Regno suo, ut dicit Bartolus in l. hostes, numero 6. ff. de capt. & in l. lex 12. tabularum, ff. ad l. Iul. Maiest. in principio. Idem, si congregaret contra aliam ciuitatem, non recognoscentem superiorem, ut dicit gloss. in l. fallaciter, C. de abolition. sed Gloss. & Io. Fab. Insitit. de public. iudic. §. public. in gl. quae incipit, Romanorum, dicit, quod si quis congregaret gentem contra ciuitatem non committit crimen laesa maiestatis, ut filij puniantur priuatione bonorum, sicut quando contra Regem, uel populum Romanum committitur; bene tamen committens aliquid contra Rempubliam propriam, committit crimen seditionis, & sic poena capitis puniatur, per l. 1. C. de seditionibus, & sic contra iur. Bald. in consilio suo, quod incipit, quoniam sint multa, & pulchra. Bene tamen improprie delinquens contra patriam propriam, dicitur committere crimen laesa maiestatis. Et sic patet, quod istud crimen potest proprie, & improprie committi, ut dicit Cyn. & Salyc. in d. l. quisquis, & Ang. in l. 1. ff. eodem, dicit amen Salycet. in dicta l. fallaciter, C. de abolition. quod si patria proditur, non ut à Principe auferatur, sed ut auferatur Baroni, tunc non committitur hoc crimen: fecus, si ad finem, ut Principi auferatur, quod est menti tenendum.

Secundo modo committitur crimen laesa maiestatis, si aliquis offendit aliquos, qui fuerint assecurati à Populo Romano, vel à Rege; omnia enim, quae dicuntur de Populo Romano, tribuenda sunt Regi, & ciuitati non recognoscenti superiorem, per ea, quae notant Doctores in dicta l. Hostes, & Guilelm. de Cun. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. & Salyc. in dict. l. quisquis. Item secundo modo probatur in l. i. iuncta gloss. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.

Tertio modo committitur si quis consilium fecit dolo malo aduersus Pop. Rom. vel Regem, ut in d. l. 1. Quarto, si quis obides sine iussu Principis interfecit d. l. 1. Quinto, si quis conuenit homines talis, vel lapidibus in uibe aduersus Pop. Rom. vel Regem, ut occupent loca, uel templa, ut in d. l. 1. Sexto, si quis conuocet certum hominum conuentum ire ad seditionem ciuit. d. l. 1. & facit l. 1. C. de seditionibus. Septimo, si quis Magistr. Pop. Rom. occidit, vel dolo malo consilium dedit, ut occideretur, d. l. 1. ner. cuiusue opera, &c. quod uerum est, etiam si non occidit, sed processit ad actum, ut in d. l. quisquis. Qui ergo occidit officialem Regis habentem merum imperium à Rege crimen laesa maiestatis committit quia dicitur laesa maiestas Principis, cum aliquis sibi collatera lis laeditur, c. si quis 6. q. 1. & c. felix de Pen. in 6. & in dict. l. quisquis. Et hoc uerum, si occidatur officialis, ut illa prouincia careat illo officiali, uel propter odium, quod habet aduersus Principem, occidat officialem eius, uel alia causa, dum tamen respectu officij: sed si officialis fuisset occisus particulari odio, puta, quia erat inimicus particulari inimicitia, tunc non tenetur l. Iul. maiest. ita Andr. in Constit. Regni, ut participatio. Et sic patet, quod cum hodie ferè omnes Barones Regni ex priuilegio habeant à Rege merum, & mixtum Imperium, quod si ipse offendantur, contra eos committitur crimen laesa maiestatis, & hoc crimen laesa maiestatis, & hoc firmat Bart. in extrauagant. Ad reprimendum, in uerbo, rebelando Sed de hoc dicam in 2. quaest.

Octauo modo committitur crimen hoc, si quis sumit arma contra Rempubl. d. l. 1.

Nono, si quis mittat litteras, uel nuntium, uel signum dedit hostibus Pop. Rom. dolo malo, ut hostes ipsi iuuentur contra Populum Romanum, ut in d. l. 1. ubi quidè hostibus, &c. Dicitur autem iuuare hostes ille, qui mutuat pecuniam hostibus, ut dicit Bart. in l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. & qui hostes iuuat telis, & armis, ut in l. fin. & ibi Bal. C. quae res export. non deb. sed de ista materia quis dicatur opem praestans, habes plenè per Scribentes, & ibi plures remissiones in l. 1. C. de feru. fugiuit. Sed quid si non misit litteras hostibus, sed recepit litteras ab hosti-

hosti-